



Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Neque Christus eum observavit, more istius ævi, sine calceis accumbere
solitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

248 De CALCEIS HEBRAeor.

brant, hodie non observantur, ut
videre est ex Paschatis celebrandi
Buxr. Syn.
Iud. c. 18.
Leusden.
Phil. Mixt.
Dissert. ratione, quam magnus Buxtorfius
describit, nec non Johannes Leus-
denius, vir diligentissimus, cui
Hebraeorum literæ propter inde-
fessum eas promovendi studum plu-
rimum debent, & ego multis no-
minibus me devinctum agnosco,
cum meos in Hebraicis conatus
singulari cura semper adjuvarit, &
summa humanitate ac benevolen-
tia sit complexus.

VIII. Hinc videre est, cur Ser-
vator noster, qui accumbebat more
illius ævi, calceatus non fuerit cum
Pascha comedenter cum suis disci-
pulis. Christum, cum more illius
temporis mensæ accumberet,
fuisse discalceatum, prout Romani,
soleis depositis cum cænatum
irent, nudis pedibus accumbe-
bant, jam dudum monuerunt viri
doctissimi. Qui non leve argu-
mentum petunt ex Historia istius
mulieris, quæ ipsius pedes lacrymis
rigavit, capillis abstersit, & un-
guento unxit, quam Lucas refert:
Luc. 7. 38. στέπω, inquit, παρόγε τοις πόδας αὐτῆς
οἰνίσκα, κλαίσσοντα ἡρξάστο βρέχειν τοις πό-
δας.